

M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. dominica proxima ante diem sancti Marci ewangeliste, ex causa mutui recepisse de wenerabili patre domino Benedicto dei gracia episcopo scarensi annonam, in valore quindecim marcharum denariorum,, Pro eisdem quindecim marchis denariorum soluendis obligata et condicionaliter skotata, scilicet modo infrascripto, Curia mea in fulum, cum eiusdem agris, pratis, et, passcuis, siluis ac pisscariis, et omnibus aliis pertinenciis immobilibus quibuscumque, intra sepes et extra, jta videlicet quod nisi dictas quindecim marchas denariorum soluero infra festum omnium sanctorum proximum, dictus dominus scarensis ad has quindecim marchas denariorum, michi addet octoginta quinque marchas denariorum vel earum walorem, jta quod medietas soluatur ante natale domini, et medietas ante proximum pascha post, Et extunc scilicet a festo omnium sanctorum predicto,, Prefata curia, cum premissis attinenciis habeatur pro legitime vendita, et pure skotata, Eiusdem tam proprietate quam possessione in ipsum dominum B. scarenssem, suosque successores, plene, legitime, et irreuocabiliter translatis, Michi et meis heredibus omni materia vel occasione iuris vel facti contra dictam alienacionem quoquo modo veniendi sublata penitus et exclusa, In cuius rei testimonium et euidenciam plenioram, sigilla discretorum virorum dominorum Haquini de dalum, nicholai de heggeem sacerdotum, et Haraldi bryniulpsun, vna cum meo proprio, presentibus sunt appensa, Testes autem qui skotacioni prefate curie vna cum illis quorum sigilla sunt appensa, interfuerunt, sunt hii, videlicet dilecta vxor mea ingigierdis, cristina soror mea, johannes villicus in biork, Elauus villicus meus, Bero dictus hasi, Elauus de fulu, et læghil famulus domini scarensis, Actum thorsø anno, et die supradictis.

*På fränsidan:* De acquisitione curie in ffulu. — De bonis in fulum et biork.

Sigillen: N. 1 (3 hjertan), N. 4 (3 gafnar) adliga, mycket skadade, N. 3 (Hemphasti sacerdotis) nästan helt; N. 2 bortfallet, remsan kvar.

2237.

1320 d. 24 April.

Wreta.

Lagmannen i Södermanland LARS ULFSSON och hans hustru INGRID upplåta sin qvarn i Forsby till deras slägtinge, Abbedissan Katarina i Wreta, med vilkor att gåfvan disponeras af Abbedissan i hennes lifstid och sedan tillfaller klostret.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presens scripptom (!) cernentibus,, LAURENCIUS WLFSSON legifer swdurmannie et eius wxor INGRIDIS in domino ihesu salutem sempiternam,, vniuersitati vestre permanet non ingnotum(!), quod nos inclite domine et religiose consanguinee nostre Domine Katerine abbatisse in wretum molandinum nostrum in forsby situm cum omnibus eidem molandino adiacentibus rite et

legaliter delegamus,, et vt in adopcione eius sit quam diu vixerit qualiter disponere velit cum molandino supradicto,, post mortem autem eius vsibus conuentus cedere debeat perpetuo duraturum,, In cuius rei euidenciam firmiorem siggilla nostra presentibus sunt appensa, Jnsuper petimus siggilla nobilium videlicet domini kanuti Johansson, et domini. bo. legiferi osgotorum et kanuti folkæson presentibus apponenda,, Datum wretis anno domini M° C° C° C° XX profesto sancti marchi ewangeliste.

Sigillen: N. 1. (Lars Ulfssons) nästan oskadadt; N. 2—5 bortfallna, remsorna till 2—4 qvar.

2238.

1320 d. 18 Maj.

INGEBORG GAMALSDOTTER testamenterar silfver och penningar till Kisa kyrka, der hon väljer sin graf, och till dervarande presterskap samt ett gods af 6 marks värde i Qvarntorp till prestbordet. m. m. jemte gåfvor till andra kyrkor och kloster.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

IN Nomine sancte trinitatis. amen. Ego INGEBORGIS GAMALSDOTYR. corpore licet debilis, mente tamen sana et consciencie compos. cupiens felicitati anime mee preuidere, Testamentum meum de bonis mihi a deo concessis. condo et ordino in hunc modum. Primo ecclesie kysæ in qua meam eligo sepulturam, confero vnam marcham puri pro vno calice faciundo. que nunc totaliter est soluta. thyrgillo curato ibidem. duas marchas denariorum. Jtem ad fabricam ecclesie eiusdem vnam marcham. domino johanni vicario ibidem dimidiam marcham. Ecclesie wardhanes dimidiam marcham. curato ibidem tantum. Ecclesie rumskullum. d.\*) vnam marcham. clauastro aschaby vnam marcham. fratribus predicatoribus skæningie dimidiam marcham. fratribus minoribus linchopie dimidiam marcham. jtem ad mensam sacerdotis in kysæ predium sex marcharum in quernathorp. racione tali prehabita ut heredes mei liberam facultatem redimendi habeant pro predio alibi sex marcharum vel sex marchis denariorum pro empcione tanti predij comparandi. jtem ad mensam sacerdotis dimidietatem vnus quernafors in kettobek. jtem pro donacione dicti predij mense sacerdotis attinentis. uolo ut due misse animarum a curato ibidem. feria secunda proxima post trinitatis annuatim perpetuo celebrentur. Vt igitur ordinacio testamenti mei fideliter exequatur. predia que in quernathorp possideo taliter expono ut heredes mei infra annum redimendi eadem habeant facultatem. alioquin extunc ab exequatoribus venumdetur. huius testamenti exequutores Ego et heredes mei Rangwaldus ac arno et kætilløgh instanter petimus fieri discretos viros kættilbernum knutsson

\*) Brefskrifvaren har förmodligen ämnat skriva "dimidiam," men glömt utstryka detta d., då han sedan tillsatte "vnam."